

565. Iustinus minor annis XIII^e). Columba sanctus de Hibernia venit in Britanniam et Æthelbertus regnavit LIII annis apud Cantuarios.
 568. Glappa filius Ida^a) regnavit I anno in Bernica.
 569. Hussa filius Ida^a) regnavit anno I in Bernica.

f. 18^v

576. Tiberius pater pauperum imperavit VII annis. Beatus Gregorius incepit Moralia apud Constantinopolim. Longobardi invadunt Romam.
 582. Theodericus filius Ida^a) regnavit VII annis in Bernica.
 583. Mauricius imperavit annis XX.
 589. Æthelricus^d) filius Ida^a) regnavit IIII annis.
 593. Gregorius eligitur in papam. Æthelfridus pater Oswaldi^e) regnavit XXIII annis^f) apud Northymbros, qui Edwinum filium Ællae regno expulit.
 595. Augustinus mittitur in Britanniam.
 597. Ceoluulf filius Cuthae filii Kinrici XIII annis regnavit in Wessaxa.
 601. Augustinus accepit pallium et plures verbi ministros, in quibus et Paulinum.
 604. Focas imperavit VIII annis. Orientales Saxones fidem perceperunt sub rege Seberchto et antistite Mellito.
 605. Gregorius papa obiit.

f. 19^r

611. Kynegils frater Ceoluulfi XXXI annis regnavit in Wessaxa; primus efficitur Christianus a Birino episcopo.
 612. Heraclius imperavit XXVI annis.
 616. Æthelbert rex Cantuariorum obiit, cui Edbald filius successit. Et Æthelfrid rex Northanhymbrorum occiditur.
 617. Edwine filius Ælle XVII annis regnavit, qui filios Æthelfridi Eanfridum et Oswaldum et Oswinum patria pepulit.
 625. Paulinus ordinatur archiepiscopus a Iusto genti Northanhymbrorum.
 627. Eadwinus rex Northanhymbrorum baptizatus est. Ab adventu Anglorum in Britanniam CLXXX anni.
 633. Eadwinus rex occiditur a Ceadwalla rege Brytonum et Penda rege Merciorum.
 634. Oswaldus regnavit IX annis.

^e) XIII korr. zu XII.

^d) die Annalen 589—759 sind in blasserer Tinte geschrieben.

^e) pater Osŵ über der Zeile nachgetragen.

^f) aŋ über der Zeile nachgetragen.